

SILVO KOPRIVA  
Ljubljana

UDK 886.3—1=03.71

KMEČKA PESEM — CARMEN RUSTICUM

(Josip Murn)

Pulchra vestra, en, area,  
Ac domus plucherrima,  
Pulchra mensa candida,  
Isidorus hac super.

O puella bellula,  
Isidorus te pius  
Ac domum custodiat  
Pulchram et aream tuam!

Vivat et pater tuus!  
Ex cella fragrent tua  
Pyra, dotem computa  
Plus dies noctesque tres!

S CVETKAMI ŠEPEČE — MURMURAT CUM FLORIBUS

(Josip Murn)

Murmurat cum floribus  
Ventus in campis levis,  
Ludit et cum fluctibus  
Per superfusum mare.

Navis altum per mare  
Per tumens tendit viam,  
In campo puella mi  
Commoratur in casa.

Commoratur in casa  
Cara, ut ales concinit  
Meque aurora commonet  
Eius mane, vesperi.